

Auricula Meretricula 1

Ballio: Multamne pecūniam mihi hodiē habēs, Auricula mea?

Auricula: Heu misera sum! Nam poētam lepidum amō, sed poetae pecuniam nōn habent.

Ballio: Quid igitur tibi dat? Nihilne dat?

Auricula: Pecūniam mihi nōn dat ...

Ballio: Quid dīcis? Satisne sāna es?

Auricula: sed rosās pulchrās saepe mihi dat.

Ballio: Rosae rārae nōn sunt.

Auricula: Sed poētae rārī sunt. Meus mē amat, et multa pulchra dē mē scrībit.
Praeclāra igitur erō.

Ballio: Fāma amorque nōn valent sed volant.